

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRIB-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

**Capvt tricesimvmqvartvm**

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)



CAPVT TRICESIMVMQ VARTVM.



Ost hec alius propheta exurget in terra Leonis  
& in Romana curia prædicabit mirabilia. Ap-  
parebit sanctus & timoratus, subspecies sanctita-  
tis uitam Christiana examinare faciet. multos  
comburet igne. in corde suo habebit spiritum ma-  
lignum radicatum, qui eum sub quadam hypo-  
M

VIX PROGNOSTICVM IOANNIS

crisi ad summum pontificem ducet, licetiam rogitando. Episcopos  
ac prælatos ac principes sanctitate ficta decipiunt, & ad errorem ma-  
gnum deducunt, etiam sapientissimos errare faciunt, multiq[ue] famosi ui-  
ri in Italia, in Longobardia, in alta Alemania decipiuntur. Hic uiri erit  
maior in populo, quam unquam aliquis a principio ecclesiæ hono-  
ratus fuit, & vocabitur Antichristus mixtus in populo, pontifices  
ipsum honorabunt, sed turpiter interficietur, & homines ad scanda-  
lum ducentur. O si scirent uiri Euangeli ecclesiarum rectores  
huius uiri aduentum, quomodo pugnarent aduersus  
eum, & quantam paterentur persecutionem, pla-  
carent dominum, quoniam flagellum furoris  
domini in filios pestilentes erit. cla-  
marent utiq[ue] & cognoscerent  
creatorem. Clamabit uer-  
sus Papa, & sicut  
restauratio  
noua bona in eccl[esi]a  
sia post illum. Et ideo si eccl[esi]a  
sia debeat renouari, oportet ut destruatur  
per hunc prophetam, quæ dissoluta sunt & in  
peccatis prohibentur.

HIC IUBENTVR COMBVRI ALEAE ET  
uestes saeculares difformes, rostra calceorum  
iuxta Papam abscondi, & pili decur-  
tar i per hunc prophetam.

M.



## CAPVT TRICESIMVM Q VINTVM.

Nde quidā seruus nomine Theophilus, & presbyter in lib. prophetiarū, quē scriptis Anthonius Theodorus tempore quo erat dux Ianuæ, in quo lib. specialiter cōtinent oīa quæ futura sūt de regimie ecclia, & qualiter debeat renouari, sicut Deus longo tempore reuelauit seruo suo Ioachim Abbatī, & sancto Cyriilo Episcopo  
M ij

